

Forfatter: Worm, Jacob

Titel: Udrag fra . - [1968]

Citation: Worm, Jacob: ". - [1968]", i Worm, Jacob: . - [1968], udg. af ERIK SØNDERHOLM , [1968]-1994, s. 210. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-worm01val-shoot-idm140677732614192/facsimile.pdf> (tilgået 20. april 2024)

Anvendt udgave: . - [1968]

- tollerentur. Consuetudine ergo magis, quam Dominica
 435 veritatis dispositione Præsbyteris majores sunt Episcopi.
 Hæc Hyeronimus. Quid hic concluditur aliud quam Epi-
 scopum non ad Principatum et Dominium esse vocatum,
 sed ad servitatem Ecclesia; ut loquitur Origines Homil:
 438 7. Esai. Sed Pontifices nostri, jam nobiles, spurii *κενοδοξίας*,
 flatu et fastu fascinati, *κατωπεφύεσσαι τῶν κλήρων*, 1. Petr:
 [IV]. v: 3. Verè non nemo: Superbus Theologus est Soboles
 441 Antichristi, item Omnis superbus Theologus est Hære-
 ticus, si non de facto, tamen de jure. Episcopi nostri mise-
 ros Pastores sibi subjectos, qui nec splendida consanqui-
 444 nitatis, nec amplissimæ affinitatis vinculo cuiquam sunt
 adstricti, justo Gravius affligunt, exhauriunt, atque præter
 jus et æquum, impositis Tributis evacuant, pessundant,
 447 saltem ut Jeroboamo et ejus Ministris adulentur, et pro-
 pria impleant marsupia. Quæritur inter Doctores Eccle-
 siasticos, quidnam causæ fuerit, Notitiæ tam familiaris inter
 450 Pontificem Caipham et Johannem Evangelistam? Hic enim
 in Aulam Pontificis intrmissus est Petro ante ostium
 præstolante? Nonnulli hanc causam afferunt, quod Jo-
 453 hannes à Patre sæpius ad Caipham cum piscibus missus ei
 postmodum innotuerit, et dilectus fuerit. Hinc Poeta
 Salmonensis:
- 456 Ipse licet venias Musis comitatus Homere,
 Si nihil attuleris, ibis, Homere, foras.
- Φλογυρίας* flammis incensi Pontifices nostri, pusiones
 459 quosdam et persollas, ignorantia; fratres, literis commenda-
 titiis ita armant, ut jures eos omnem Sapientia; penum degluti-
 gluisse, ac literarum cognitione æque plenos esse ac vaccam,
 462 nucibus myristicis, cum tamen *ἀμαθείς* et *ἀσθηρ[ο]μετοι*
 isti, Ludimagistrorum ferula; vix subducti functiones
 Pastorales audacter ambire, et Pontificium *συστατοῦς*
 465 nisi tandem obtinere, haud erubescant. Conf.: 2 Cor: III.